



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Industriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam

Gianotti, Alfonso

Ingolstadii, 1658

Media à nobis adhibenda ad obtinendas illas Gratias

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

**MEDIA A NOBIS AD
HIBENDA AD OBTINEN-**

das à Domino DEO prædi-
ctas gratias, maxime in maio-
ri gradu,

Primum, Solitudo aut Secessus
tam ille qui corpore quàm qui men-
te fit, quantum cuiusque status aut
conditio patitur. Custodia sensuum.
Puritas cordis conjuncta cum conti-
nua quadam, quantum fieri potest,
mortificatione & abnegatione.

2. Omni cum diligentia, præpa-
ratione, attentione & fructu perage-
re exercitia spiritualia lectionis, me-
ditationis, contemplationis, exami-
nis.

3. Magna cum perfectione & de-
votione frequentare sanctissima Sa-
cramenta, præsertim S. Communio-
nis tam Sacramentalis quàm Spiri-
tualis.

4. Quàm

4. Quam diligentissime & efficacissime precedentibus gratijs cooperari, generose & perseveranter exequendo proposita, conformiter luminis & veritati à Deo communicata.

5. Continuo exercere se in actibus virtutum, maxime Theologicarum & humilitatis, multa cum puritate intentionis in actionibus.

6. Denique assidua, humilis, & plena fiducia oratio, prædictarumque gratiarum à Domino Deo petitio: implorando in hunc finem B. Virginis & Sanctorum auxilium per merita JESU CHRISTI omnis gratia & gloria largitoris.

FRUCTVS EX PRÆCEDENTIBUS CONSIDERATIONIBUS colligendi.

1. Profunda quædam humilitas, quâ nos ipsos serio judicemus impotentes & omnino indignos ad
impe-